Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



8

Cum exarserit in breui ira eius. beati omnes qui confidunt in eo. Id est cum
uindicta uenerit qua impius et peccatorib: praeparatur. non solum eos non
attinget qui confidunt dno sed etiam ad regnum illis instruendum et sublimandum proficiet. Nonenim dixit cum exarserit in breui ira eius. securi omnes
qui confidunt in eo. Tamquam hoc solum in debabeant. qd non punientur.
sed beati dixit ubi e bonorum omnium summa et cumulus. quod autem positum e.
in breui. hoc significare arbitror. quia repentinum aliquid erit dum hoc remotum et longe futurum peccatores existimabunt.

FINIT PSALMUS · II · INCIPIT PSALMUS · III ·

Psalmus dauid cum fugeret a facie abessalon filii sui. hunc psalmum
ex persona xpi accipiendum persuadet. Quod dictum e. ego dormiui et somnum coepi et resurrexi quia dns suscipiet me. Magis enim hoc ad passionem et resurrectionem dni congruentem sonat. quam ad illam historiam
quad auid scribitur fugisse a facie bellantis aduersum se filii sui. et quia scriptum e de discipulis xpi. quamdiu cum eis e. sponsus. Nonne iunant filii sponsi. Nonnuum si filius eius impius significatur discipulus impius qui
eum tradidit. Aduius facie fugisse quamquam historice possit accipi. quando
illo discedente secessit cum celerius in montem. Tamen spiritalit quando omnes
iudae filius di. Id e uirtus et sapientia dicit deseruit. cum eum diabolus penitus inuasit. Hoc quod scriptum e. et intrauit diabolus in cor eius. bene
accipitur. a facie eius xpm fugisse. Nonquia xps diabolo cessit. sed xpo
descedente diabolus possidet. Quem discessum fugam ee. in hoc psalmo appellatum celeritatis causa arbitror. quod uerbo etiam dni significatur dicentis.
quod facis cito fac. loquimur etiam sic in consuetudine. ut dicamus fugit
me quod in mente non uenit. et de homine doctissimo dicimus. nihil eu
fugit. ppter euentas fugit mentem iudae. cum eum in lustinuit et destitit. Abessalon autem sicut quidam interpretantur in latina lingua dicitur
patris pax. Quod mirum uideri potest siue in historia regnorum cum bellum
aduersum patrem abessalon gesserit. siue in historia nouum testamenti cum
traditur dni iudas fuerit. quemadmodum patris pax possit intelligi.
sed et ibi qui diligenter legunt. uident illo bello dauid peccatum fuisse filio.
qui etiam magno cum dolore planxit extinctum dicens. abessalon filius meus.
quis det mihi mori pro te. et in historia nouum testamenti ipse dnus tanta et
admiranda patientia ad eum tam diu pertulit tamquam bonum. quam cum eius cognationes non ignorarent. cum adhibuit ad conuiuium in quo corporis et sanguinis sui.